



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput VIII. Quomodo intelligatur, impium per sidem & gratis justificari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

tuam, ac otiosam esse, & in Christo Je-  
 su neque circumcissionem aliquid vale-  
 re, neque præputium, sed fidem, quæ  
 per charitatem operatur. Hanc fidem  
 ante Baptismi Sacramentum ex Aposto-  
 lorum traditione catechumeni ab Ec-  
 clesia petunt, cum petunt fidem vitam  
 æternam præstantem, quam sine spe,  
 & charitate fides præstare non potest.  
 Unde & statim verbum Christi audiunt:  
*Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* *Matth. 19.*  
 Itaque veram & Christianam Justitiam  
 accipientes, eam, ceu primam stolam  
 pro illa, quam Adam sua inobedientia  
 sibi, & nobis perdidit, per Christum  
 Jesum illis donatam, candidam & im-  
 maculatam jubentur statim renati con-  
 servare, ut eam perferant ante tribu-  
 nal Domini nostri Jesu Christi, & ha-  
 beant vitam æternam.

CAPUT VIII.

*Quomodo intelligatur, impium per fi-  
 dem, & gratis justificari?*

Cum vero Apostolus dicit, justificari  
 hominem per fidem, & gratis; ea  
 verba in eo sensu intelligenda sunt,  
 quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ  
 consensus tenuit, & expressit: ut scili-  
 cet per fidem ideo justificari dicamur,  
 quia fides est humanæ salutis initium,  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIX.* L fun-

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1547.  
*Jac. II. 20.*  
*Gal. v. 6.*

*Matth. 19.*  
*v. 17.*

Sæcul. XVI. fundamentum, & radix omnis justifi-  
 A.C. 1547. cationis, sine qua impossibile est place-  
 re Deo, & ad filiorum ejus consortium  
 Hebr. II. 6. pervenire: gratis autem justificari ideo  
 dicamur, quia nihil eorum, quæ justifi-  
 cationem præcedunt, sive fides, sive  
 opera, ipsam justificationis gratiam pro-  
 meretur: si enim gratia est, jam non  
 Rom. II. 6. ex operibus: *Alioquin*, ut idem Apo-  
 stolus inquit, *gratia jam non est gratia.*

## CAPUT IX.

*Contra inanem hæreticorum fiduciam.*

Quamvis autem necessarium sit cre-  
 dere, neque remitti, neque re-  
 missa unquam fuisse peccata, nisi gra-  
 tis divina misericordia propter Christum:  
 nemini tamen fiduciam & certitudinem  
 remissionis peccatorum suorum jactanti,  
 & in ea sola quiescenti, peccata dimit-  
 ti, vel dimissa esse dicendum est: cum  
 apud hæreticos & schismaticos possit  
 esse, imo nostra tempestate sit, & ma-  
 gna contra Ecclesiam Catholicam con-  
 tentione prædicetur vana hæc, & ab  
 omni pietate remota fiducia. Sed ne-  
 que illud afferendum est, oportere eos,  
 qui vere justificati sunt, absque ulla  
 omnino dubitatione apud semetipsos  
 statuere, se esse justificatos, neminem-  
 que a peccatis absolvi, ac justificari,  
 nisi